



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Satisfactio pœnitentialis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

\*Io. Med. q. 32. de confes.

7 Non debet Parochus aliquem priuare Sacramento, nisi ob peccatum notorium.

\*Vide *Sot. d. 12. q. 1. art. 6. d. 22. q. 1. art. 4. col. 4.*

8 Accedenti ad Sacramentum cum gratia, augetur gratia, etiam si accedat cum peccato veniali, et si id quidam negat.

\*Venialiter *Vide Eucharistia n. 22.*

9 In solo Baptismo, & Confirmatione est de essentia formæ: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

\**Sot. d. 24. q. 1. art. 2. quia in his solum fit fidei profess. c. multi de consecr. d. 4.*

10 Forma Sacramenti potest iterari, cum dubitatur an dicta sit.

\*Vide *Sot. d. 1. q. 1. art. col. 8.*

De absolutione sub conditione in *Caiet. V.*

*Absolutio c. 1. Fum. eod. nu. 6. Syl. eod. 1. nu. 1. Nau.*

*c. 26. nu. 12. Tol. lib. 3. nu. 12. Rodriquez. sufficit*

*autem conditionem mente retinere Med. lib.*

*2. c. 12. Instruct.*

Quidam Ignorantes matrimonium contrahentes in mortali peccato, ob ignorantiam excusantur à peccato mort. quia non sunt ministri consecrati. *Sanchez l. c. n. 4. Ledes. idem l. c. alij tamen contra sentiunt.*

## SACRA.

1. Sacræ vestes pollutæ luxuria, iterum benedicendæ.

\*Vide *Syl. vers. vestis. Grass. l. 2. c. 4. n. 7.*

Aa 2 2 Sa-



2 Sacra vendita ad vsus profanos, prius dissoluenda, sic vt formam amittant: quod si lapides sint, & ligna diruta Ecclesiae, possunt verti in vsum profanum de Episcopi licentia.

\*Vide *Ang. vers. consecratio vestimentorum.*

3 Sacra tangi à laicis sine contemptu, non est peccatum mortale.

\**Ita Sot. dist. 13. q. 2. art. 3. ad 3. Vide etiam Suarez t. 3. d. 81. sect. 8. & cap. vestimenta. cap. In sancta de consecr. d. 1. Graff. p. 1. lib. 2. cap. 41. n. 7.*

4 Sacra vetustate consumpta, comburenda, & cineres in Ecclesia reponendi: ligna tamen & lapides possunt seruire loco religioso honesto. \**c. Altaris de consecr. dist. 1.*

5 Sacra vasa, & vestimenta habere enormiter immunda, mortale est, & ijs qui habent, & Prælati, qui non prouident. \**Syl. vasa sacra.*

6 Sacer dicitur locus, cum est bene dictione deputatus ad officia diuina, aut sepulturam.

\*Vide *Sot. d. 32. q. 1. ar. 3. Azor. li. 9. c. 27. q. 5.*

*Sacrilegium, vide Luxuria.*

1. **S**acrilegium est, cum fit iniuria rei sacrae in eo, ad quod est sanctificata, vt extrahere ex Ecclesia eius immunitate gaudentem, furari reliquias etiam ex deuotione. Furari autem in Ecclesia rem non Ecclesiae, quidam negant esse sacrilegium, alij melius affirmant.

De sacrilegio *Azor. l. 9. c. 27.* \*Vide *Azor. l. c. q. 8.*

Alij



Alij *Azor. l. c. q. 6. ex communi.*

*Salarium, vide Debitum.*

*Sancti, vide Oratio, Reliquia.*

*Satisfactio pœnitentialis, vide Confessio,*

*Hora Canonica, Missa.*

**Q**ui Indulgentias consecuti sunt, non idcirco debent omittere pœnitentiam iniunctam: hæc enim non solum iniungitur ad satisfactionem peccatorum præteritorum, sed etiam plerumque ad remedium futurorum. Vide *D. Tho. in 4. d. 20. q. 1. ar. 3. Syl. verb. Indulgentiam 23.*

\*Vide *P. à Sor. lect. 2. de satisfact.*

2. Etsi accipienti Indulgentiam plenariam potest dari. Absolutio sine pœnitentia, expedit tamen aliquam semper imponere.

\*Vide *Vial. l. c. nu. 26. Tol. l. 6. c. 23. n. 10.*

*Val. t. 4. d. 7. q. 14. p. 4.* pœnitentiam iniungi debere à Confessario pœnitenti colligit ex *Trid. sess. 14. c. 3. & 8.*

3. Non potest iniungi pro pœnitentia ingressus religionis, potest autem iniungi frequentia Confessionis.

4. Tenetur pœnitens acceptare pœnitentiam rationabilem, & implere. Qui tamen acceptam non implet, videtur peccare mortaliter, quamvis absit contemptus, etsi quidam contrarium putant.

Aa 3

\*Vide



\*Vide *Vinal. de satisfact. nu. 24. 25.*

Tenetur  $\zeta$  *Palud. 4. d. 20. q. 2. Sot. ibid. art. 2. Canon de pœnit. p. 5. Mag. 4. d. 16. & 18. D. Th. ead. d. q. 1. art. 3. Rich. ib. art. 1. q. 5. Tol. l. 3. c. 9. Val. t. 4. d. 7. q. 14. p. 4.*

Vide *Pacianum par. en. de pœnitent. Cyprianum ser. de lapsis. Trid. sess. 14. c. 3. & 8. c. omnis vtriusque vbi dicitur, debere pœnitentem studere iniunctam adimplere. Vide P. à Sot. lect. 2. de satisfact. Bellarmin. l. 4. c. 14. de pœnit. sed Scot. 4. d. 18. Gab. d. 16. q. 2. Nau. c. 26. num. 20. Io. Med. q. 41. de pœnit. improbabiler dicunt, pœnitentem posse recusare pœnitentiam, si velit in purgatorio igne satisfacere.*

Qui tamen  $\zeta$  *Caiet. q. 2. de satisf.* dicit neque suscipere, neque susceptam persolvere teneri pœnitentem ex præcepto.

Etsi quidam  $\zeta$  *Val. l. c. Nau. c. 21. nu. 43. Tol. l. 8. in fine.*

Pœnitentia pro veniali non obligat ad m. p. *Nau. Sot. Val. l. c.*

5 Secundus Confessor ex rationabili causa potest à priori impositam pœnitentiã in aliã cõmutare, etiam si priora peccata nõ audiat, & etiam si prior fuisset Episcopus, aut Papa.

\*Vide *Vinal. l. c. n. 28. Val. l. c. Nau. c. 26. n. 22.* vbi dicit iustam debere esse causam, vt si sine periculo explere nequeat: dum tamen imposita fuerit pro peccatis, à quibus secundus Cõfessor absolueri possit. *Sot. l. c. ar. 3. à solo Cõfessario*



cessario superiori mutari posse, ait, quod non placet *Val. l. c.* in fine, existimanti, explicanda esse aliquo modo peccata, (non est tamen necessarium; ut hoc fiat in confessione) pro quibus mutanda satisfactio imposita fuit.

6 Potest quis à se impositam pœnitentiam ex causa minuere, & Episcopus etiam extra Confessionem relaxare pœnitentiam à Parocho impositam. Limitationem huius & præcedentis Aphorismi, vide apud *Nau. c. 26. nu. 22. & Ledes. 2. q. 20. nu. 4.*

\*Vide *Vinal. de satisfact. n. 30.*

7 Possit satisfieri Deo per pœnitentiam factam in peccato mortali pro peccatis remissis, alij aiunt, alij negant. Illud certum, satisfieri tunc præcepto Confessoris pœnitentiam imponentis, nec esse opus de eo postea confiteri: & probabile illud, recedente peccato, valere illam pœnitentiam apud Deum, ut volūt quidam valere indulgentiam, recedente peccato, in quo est accepta.

\*Tres sunt sententiæ de hac re, vide *Ioan. Med. q. 2. de satisfact. Syl. Satisfactio. n. 7.*

Aiunt *Med. l. c. Scot. d. 15.*

Negant *D. Tho. 4. dist. 15. q. 1. art. 3. Bonauen. Rich. ead. diff. Alens. 4. p. q. 85. memb. 1. Caiet. q. 2. de satisfac. & V. Satisfactio, Scot. dist. 19. q. 1. art. 4. concl. 2. Tol. l. 3. Val. c. p. 3.*

Illud certum *3 Tol. l. c. Syl. Satisfactio, nu. 7. Fum. eod. n. 5.*



Probabile illud *Caiet. V. Satisfactio. q. 2. de satisfactio. Nau. c. 3. num. 5. Tol. l. c. verum Adria. in 4. q. 1. de satisfact. Sot. l. c. art. 5. Val. l. c. non reuiuifcere, aiunt.*

8 Non expedit pœnitentiam publicam iniungere pro peccato occulto ob periculum reuelatæ Confessionis.

\* *Nau. in 6. Sacerdos. de pœn. d. 6. à num. 104. immò neque pro crimine publico ad eam cogi potest pœnitens. Nau. l. c. à nu. 87. sed si spõte velit eam suscipere, iniungi potest: satis tamè est, vt pro publico scelere occultè satisfaciatur. Vide Val. l. c. Sot. l. c. art. 5.*

9 Cui iniuncta est eleemosyna, satisfacit dando etiam extrema patienti.

\* *Sot. d. 20. q. art. 2. Val. l. c. n. 10.*

10 Potest quis satisfacere per alium de licentia Confessoris, etiam secundi; itemque cum non potest per se. An verò qui pro alio satisfacit, possit simul pro se satisfacere, alij aiunt, alij meritò negant.

\* Potest vnus pro alio satisfacere, si vterque sit in gratia *Sot. l. c. q. 2. artic. 4. Tol. Val. l. c. Vide Val. l. c. nu. 12. Syl. l. c. nu. 5. Fum. l. c. num. 6.*

An verò *vide Syl. l. c. nu. 5.*

11 Potest in pœnitentiam imponi opus aliàs debitum.

\* *Tol. Val. l. c. Naua. c. 26. num. 24. Caiet. q. 1. de satisfact. Sot. l. c. q. 2. art. 1. col. penult. contra Scot. d. 15. q. 1. Palud. 16. art. 2. Capriol. Syl. l. c. nu. 8.*

Per



Per Calamitates, morbos, mortem æquo animo toleratam potest homo satisfacere, *Val.l.c.* quare additur. Quidquid boni fecerit &c. *Tol.l.c.*

12 Illud *Conc. Trid. sess. 24.* de imponenda pœnitentia publica scandaloso, Nauar. intelligit in Foro exteriori, in quo etiam solo Canones pœnitentiales vult locum habere. Nam in Foro interiori pœnitentiæ omnes relictæ sunt arbitrio Confessoris. *Vide 26. q. 7. Tempora, & de pœnit. ac remiss. c. 7. & 8.*

13 Confessor cum non parem peccatis pœnitentiam imponit, debet de eo pœnitentem monere.

\*Vnde præstat antiquarum satisfactionum à canonibus præscriptarum rigorem pœnitenti exponere, licet earum iam vsus obsoleuerit. *Sot.l.c. art. 5.*

14 Qui non fecit pœnitentiam tempore præscripto, debet facere alio.

15 Etsi omne opus ex gratia profectum est satisfactorium, magis tamen cæteris paribus satisfacit, cum pœnale est ex se, vel ex parte complexionis pœnitentis. \**Vide Val.l.c. col. 5.*

16 In satisfactione quidam primo loco ponunt eleemosynam; secundo orationem, tertio ieiunium: quibus non assentio; nec enim minus posse existimo apud Deum ieiunium & orationem, quàm eleemosynam.

\**Vide Vinal. nu. 9. Val. col. pen. l. c.*

Aa. 5;

Addit 3;



Addit. } Poenitens dicens alijs impositam pœnitentiam non peccat mortiferè, nisi id graue damnum afferat. *Syl. Confessio. l. n. 23. Vual. de satisfact. n. 33.*

*Scandalum, vide Confessio.*

1. **S**candalum est, re mala, vel speciem mali habente, alteri dare peccandi mortaliter occasionem: quod si id intendas, vel ex se res ad id inducat, mortale est.

\*Vide *Caie. vers. Scandalum, Syl. eod. n. 1. Fm. 16.*

2 Si scandalum oritur ex alterius malitia, nõ ideò omittendum opus licitum: si verò ex infirmitate, vel ignorantia, differendum est, si differri sine peccato potest.

\*Vide *Fum. l. c. nu. 2. Syl. l. c. n. 3.*

3 Ob periculum scandali negligenda Prælato temporalia Ecclesiæ bona: præferenda enim pax. \*Vide *Syl. l. c. n. 4.*

4 Scandalizans alios tenetur illis dare bonũ exemplum.

5 Ob scandalum illorum, qui te putant excommunicatum, debes Missam in festo non audire.

6 Scandalizatus dicitur populus, cum decem graues viri, & honesti scandalizantur.

*Schisma, vide Hæresis.*

1. **S**chisma est, nolle obedire Papæ, vt Christi Vicario, alijsque vt eius subditis communicare. \**Syl. vers. Schisma. n. 1. Fum. ibid.*

2 Schif-